sigillatam Mlis Regni Generalis Nobilis Benedictus Pruszenski recognovit se ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Markowo Wolka citati propriis posuisse et publicasse. De his latore. Officium praesens Castrense Capitaneale Branscense in contumaciam ipsius citati pro Termino praesenti per Mlem Regni Glem Mlem Benedictum Pruszenski iuridice clamat et non comparen super ipso citato et bonis eius omnibus vadia maiora Triplicata perluenis Actoris in triplo correspondentia decernit Ad Rumandum et eijciendum ipsum citatum de bonis eius omnibus Actoremque in ea fortiter de brachio Regali intromitten in locum officij sui Vicesgerentem iuratum Mlem Martinum Kierznowski una cum Mli et Mlibus duobus addit et deputat. Et ne ea Rumatio per citatum quovis modo impugnetur poenam Banitionis Decreto praesenti interponit.

Inter Falkowskie Motio

Proposuit Judicio infrascripta pars Actorea contra infranominatum citatum ex citatione literali tenoris verborum eiusmodi. Franciscus Joannes in Kloczow Leszczowolski Branscensis etc. Capitaneus Tibi nobili Martino olim Leonardi Falkowski de Falki Godziebyj filio ex omnibus bonis tuis mandamus Ut in Terminis Querellarum ac causarum officij Capitan. Castren. Branscen. feria secunda post datum praesentis citationis prox. cellebran. praesenti et peremptorie compareas Ad instantiam Mlis Thomae filij Petri Falkowski de Falki Philippy Actoris qui te citat alias przypowiescza ad solven. et pro condemnatis luen. satisfacien. ideo. Quia tu in contrarium iurium et libertatum Regni quibus thelonea in Palatu Podlachiae sunt sublata ausus es in via libera bonorum Falki Godziebyj tres currus foeni valoris Decem floren. polon. in Vim cuiusdam iniusti et inusitati theloneei recipere et exigere prout de facto recepisti et exegisti per quod poenam Mille Marcarum polon. succubuisti pro qua super te decernenda citaris Judicio sis moriens et pro condemnatis luen. satisfacturus. Datum in Curia Regia Branscensi feria secunda post Festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millmo Sexcentesimo Quinquagmo primo. Et post propositionem suam modo praemisso factam deductoque parti citatae Lgmo de Termino statuit Mlem Regni Glem Providum Joannem Siekacz qui citationis praeinsertae copiam sigillatam recognovit se ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis citati proprijs posuisse et publicasse. Quo sic deducto contentisque propositionis suae verificatis petijt partem citatam ad iuridicam responsionem stringi et compelli. Ex adverso pars citata allegavit

allegavit se de lucro afserto nihil scire volendo ignorantiam eiusdem Juramento eva-
dere alijs defensis salvis praecustoditis. Pars vero actorea allegavit citatum
ignorantiam luci Juramento evadere non posse quandoquidem de eodem super
se obtento bene scit ut testatur Relatio Ministerialis extraditae citationis quare de-
ducta petijt super citato contenta luci decerni alijs probationibus et defensis
per omnia salvis manentibus Et officium praesens Castrense Capitaneale Bran-
scense controversijs utrarumque partium Actoreae et citatae per se ptes exauditis et
intellectis decrevit ut citatus ignorantiam processus super se obtenti in instanti ad ima-
ginem Passionis Jesu crucifixi in rotham ex propositione actoris formandam com-
probet Juramento corporali. A quo Decreto Actorea pars ad Judicia Ordi-
naria Gnalia Tribunal Regni Lublinen appellavit cui officium praes ap-
pellationem admisit. Terminumque prosequendae et continuandae illius ab
acte prnti in sex septimanis aut tunc dum et quando causa praes ex Regro
publico causarum officij ad iudicandum lgme incident paratum peremptoriumque praefixit et conservavit.

Inter Poplawskie et Pietrzykowski Dilatio

In causa et Actione coram praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi officio
vertente et agitata Inter Nobiles Mathaeum olim Stanislai Biskup Popla-
wski et Paulum olim Joannis Poplawski in Poplawy haeredes Actores Et No-
bilem Gregorium et Mathiae Pietrzykowski citatum Ad Inscriptionem ipsius
Trem Branscensem qua mediante submisit et inscripsit se Nobili Joanni et Sta-
nislai Sobiessik Jakubowski de Jakubowskie haeredi summam Quinqua-
ginta floren polon pro tempore certo in Inscriptione originali expresso sol-
vere sub vadio simili aliorum Quinquaginta floren polon tandem per ipsos
Jakubowski modernis actoribus cessae et recognitam. Cui Inscrone ipse contrave-
niendo nec vadium ibidem appositum metuendo et formidando summam praefa-
tam non persolvit per quod in vadium suprascriptum una cum solutione summae
essentialis incidit citatione ipsa praemissa in se copiosius continente. #In offi-
cium praesens Castrense Capitaneale Branscense controversijs utrarumque par-
tium Actoreae et citatae per se ptes exauditis et intellectis Ad affectatio-
nem partis Actoreae eidem Dilationem iuridicam Ad Inscronem vigore cuius
agit ad sequentes Querellarum Terminos post Positionem Actorum Terrium
Branscensium cellebrat dedit et concessit In quibus parti utrique ad exe-
quenda praemissa et ulterius secum ea in causa iuridice procedendum et
exequendum et id quod iuris erit decernendum paratum peremptoriumque
Terminum praefixit et conservavit Decreti praesentis vigore # Termo itaque
hodierno ex eadem citone ad praes lgme devoluente et incidente.